







V I R O  
SVMME REVERENDO, AMPLISSIMO ATQVE  
EXCELLENTISSIMO DOMINO,

D O M I N O

HENRICO  
KLAVSINGIO

PHIL. PRACT. ET MORAL.

PROF. PVBL. CELEBERRIMO,

PATRONO SVO AC PRAECEPTORI,

SVMMA ANIMI RELIGIONE PROSEQUENDO,

DOCTORI THEOLOGIAE

VITEMBERGAE

IN TEMPLO AD ARCEM

D. XI. MARTII A. MDCCCX.

SOLEMNITER RENVNCIATO,

NOVAS HONORIS ACCESSIONES

L. M. Q.

GRATVLATVR,

ET

SVM AGNATI ET CLIENTIS OFFICIVM

TESTARI CONATVR,

PETRVS SCHLVTERVS,

Herford. VVestphalus.

VITEMBERGAE,

PRELO KREVSIGIANO.





Um ea, quæ longo abhinc tempore in me contulisti, beneficia, tum, quæ etiamnum liberaliter mihi exhibes, talia & tanta omnino sunt, ut mihi, festo hoc & solenni die, gratulandi necessitatem imponere videantur. Enimvero, si ad primum ætatis huius meæ Academicæ tempus respicio, non modo, pro singulari tua & vix satis effrenda humanitate, venientem me domum accipiebas, sed acceptum quoque consiliis iuuabas, veramque, quam in studiis aggredi oporteat, viam communstrabas, præceptisque, quæ plurimum eo in negotio, feliciter expediendo, valent, intra priuatos parietes me efformabas ipse singulari, eaque fere inusitata industria, & ad altiora quasi manu ducebas. Quæ profecto eiusmodi sunt, ut a parente maiora, in me proficisci nequeant, ipse plura ne expectare quidem, aut optare possim. Ingratus igitur, si agnoscere nollem, impius, si reticere ea plane cuperem, merito dicendus. Omnes, quotquot VVestphaliæ, anti-  
quam



quam illam Saxonum sedem, agnoscunt Tecum patriam, & studiorum causa, commorantur hic Vitembergæ, hodie in sinu gaudent, & in gratulandi numerum admissi, bona Tibi verba dicunt, atque, ut felix ille fortunatusque sit dies, quo novos, eodemque summos in Theologia honores, ex merito; consequeris, uno mecum ore omnes comprecantur. Iple ego hoc magis lætor, quod Herfordiam eandem Tecum nactus ciuitatem, Tuam hoc ipso die felicitatem, quam adipisceris, præsens intuear: imo, quod præcipuum est, ex animo mihi gratulor, quod Te, in summo honoris loco nunc collocatum, fortuna mihi propinquitate coniunxerit, in quo familia omnis nostra ornamentum sibi & præsidium pollicetur. Nolo in commemorandis virtutibus Tuis, & meritis, quæ magna & multa utique sunt, esse copiosior, cum chartæ angustia dicenda non capiat, nec ignota aliis sint, sed omnium, exterorum quoque, laudibus sermonibusque celebrentur. Singulari vero pietatis sensu ductus, laudabili, eoque gentibus profanis pariter, atque Christianis recepto, maximeque iusto, more, in gratulantium societatem venio, non pateras quidem & munera, festo alioquin & solenni die, Mæcenatibus tribui solita, dono Tibi & offero, nec enim hæc possum, sed meam Tibi obseruantiam, quam debeo, declaro, voluptatemque, quam ex Tuis honoribus capio, singularem, publico quodam specimine testor. Quas partes hoc libentius in me suscipio, quo plura sunt, quæ me impellunt, quo minus meo satisfacere officio intermittam. Quapropter ad reliquos, qui Tibi, VIR SVMME REVERENDE ATQUE EXCELLENTISSIME, applaudunt, tandem accedo, Tibique summos in sanctiore doctrina honores, quos solenni ritu accipis, faustos, felices,



lices, fortunatosque apprecor, Deumque immor-  
 talem veneror & obtestor, ut nouus ille honor  
 noui subinde honoris instrumentum Tibi sit, ut  
 fructus inde multos propediem repetas, euectusque  
 ad maius dignitatis fastigium bene de Ecclesia, quæ  
 angustiis nunc premitur, bene de Academia nostra  
 quæ suspicit Te & colit, bene de Re literaria sem-  
 per merearis. Ego autem, & omnes, quos patro-  
 cinio Tuo hæcenus es complexus, Nominis Tui,  
 Tuorumque meritorum, memoriam conseruabimus  
 sancte, nec Tua in posterum felicitate latari desi-  
 stemus, sed ad quauis obsequentia ac pietatis officia  
 Tibi nos ultro devouemus.



Ung VI 3

W 18  
V 17







VIRO  
SVMME REVERENDO, AMPLISSIMO ATQVE  
EXCELLENTISSIMO DOMINO,

DOMINO

NRICO  
VSINGIO

CT. ET MORAL.  
BL. CELEBERRIMO,

VO AC PRAECEPTORI,  
RELIGIONE PROSEQVENDO,

THEOLOGIAE

EMBERGAE

MPLO AD ARCEM

MARTII A. MDCCCX.

ITER RENVNCIATO,

NORIS ACCESSIONES

L. M. Q.

ATVLATVR,

ET

TI ET CLIENTIS OFFICIUM

STARI CONATVR,

SCHLVTERVS,

Herford. VVestphalus.

EMBERGAE,

KREVSIGIANO.

